


1. Béne-dic, á-nima me-a, **Dómino** : \* Dómi-ne, De-us me-



us, magni-fi-cá-tus es ve-**hemén**-ter. *Flexa* : dux est e-



ó- rum : †

2. Confessi<sup>o</sup>nem, et dec<sup>o</sup>rem induisti : \* amictus lumine sicut ve-  
*stiménto* :

3. Exténdens caelum sicut **pellem** : \* qui tegis aquis superi<sup>o</sup>ra  
ejus.

4. Qui ponis nubem ascénsu **tuu**m : \* qui ámbulas super pen-  
nas *ventórum*.

5. Qui facis ángelos tuos, **spíritus** : \* et minístrós tuos ignem  
*uréntem*.

6. Qui fundásti terram super stabilitátem **suam** : \* non inclinábi-  
tur in saéculum **saéculi**.

7. Abýssus, sicut vestiméntum, amictus **ejus** : \* super montes sta-  
*bunt aquae*.

8. Ab increpatióne tua **fúgient** : \* a voce tonítrui tui *formidá*-  
bunt.

9. Ascéndunt montes, et descéndunt **campi** \* in locum, quem  
fundásti **eis**.

10. Términu **posuisti**, quem non transgredi<sup>o</sup>ntur : \* neque con-  
verténtur operíre **terram**.

11. Qui emíttis fontes in convállibus : \* inter medium móntium  
pertransíbunt **aquae**.

12. Potábunt omnes béstiae **agri** : \* expectábunt ónagri in *siti*  
**sua**.

13. Super ea vólucres caeli habitábunt : \* de médio petrárum da-  
*bunt voces*.

14. Rigans montes de superi<sup>o</sup>ribus **suis** : \* de fructu óperum tuó-  
rum satiábitur **terra** :

15. Producens fenum **juméntis**, \* et herbam servitúti **hóminu**m :

16. Ut edúcas panem de **terra** : \* et vinum laetíficet *cor* **hóminis** :

17. Ut exhílalet fáciem in **óleo** : \* et panis cor hóminis *confir*met.

18. Saturabúntur ligna campi, et cedri Líbani, quas plantávit : \*  
illic pásseres nidificábunt.

19. Heródii domus dux est eórum : † montes excélsi **cervis** : \*  
petra refúgium *herináciis*.

20. Fecit lunam in **témpora** : \* sol cognóvit *occásu* **suu**m.

21. Posuisti ténebras, et facta **est** nox : \* in ipsa pertransíbunt  
omnes béstiae **silvae**.

22. Cátuli leónu **rugiéntes**, ut **rápiant**, \* et quaerant a Deo *escam*  
**sibi**.

23. Ortus est sol, et congregáti sunt : \* et in cubílibus suis collo-  
*cabúntur*.

24. Exíbit homo ad opus **suu**m : \* et ad operatióne *suam* usque  
*ad vésperu*m.

25. *Quam* magnificáta sunt ópera tua, Dómine! † ómnia in sa-  
piéntia **fecísti** : \* impléta est terra possessióne **tua**.

26. Hoc mare magnum, et spatiósum **mánibus** : \* illic reptília,  
quorum non *est* **númerus**.

27. Animália pusilla cum **magnis** : \* illic naves *pertransí*bunt.

28. Draco iste, quem formásti ad illudéndu **ei** : \* ómnia a te ex-  
spéctant ut des illis *escam* **in témpore**.

29. Dante te illis, **cólligent** : \* aperiénte te manum tuam, ómnia  
implebúntur *bonitáte*.

30. Averténte autem te fáciem, turbabúntur : † áuferes spíritu  
eórum, et deficiént, \* et in púlverem suu **reverténtur**.

31. Emíttes spíritu **tuu**m, et creabúntur : \* et renovábis *fáciem*  
**terrae**.

32. Sit glória Dómini in **saéculum** : \* laetábitur Dóminus in opé-  
*ribus suis* :

33. Qui réspicit terram, et facit eam **trémere** : \* qui tangit món-  
tes, *et fúmigant*.

34. Cantábo Dómino in vita **mea** : \* psállam Deo meo *quámdu*  
*sum*.

35. Jucúndu **sit** ei elóquiu **meu**m : \* ego vero delectábor *in*  
**Dómino**.

36. Deficiánt peccatóres a terra, et iníqui ita ut **non** sint : \* bé-  
nedic, ánima **mea**, **Dómino**.

*Et repetitur antiphona Dóminus Jesus. ut supra.*